

/ Admodum R/de Pater

Vidi quae scribit ad me Reverenda Paternitas Vestra. At similia  
paucis ante acceperam ab Illustrissimo Domino Nuntio Apostolico. Egi  
postea cum Sanctissimo Domino nostro de his quae nomine vestro per  
libellum supplicationis exposuerat de ac potissimum de com-  
mittendo toto iudicio P. Marsilii, et de capienda informatione ad-  
versus eum Illustrissimo D. Card/li de la Rochefoucault, necnon de ca-  
pitulo provinciali cogendo Avenione et non alibi, et de praesiden-  
tia committenda vicelegato Avenionensi. Sed Papa omnia committi vo-  
luit R. Domino Nuntio apostolico ad quem ex mandato ejusdem Sanctis-  
simi has litteras adjunctas scribo. His valeat R/da P. V. mei memor  
in sanctis precibus suis. Romae die 19 Maii 1615.

Admodum R/dae P.V.

frater in Domino

15 Robertus Card/lis Bellarminus.

P'ri Provinciali Caelestinorum in Gallia. Parisiis.